



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 4. Apparet Christus septem discipulis de nocte piscantibus, ubi &
apparet charitas, Quæ non cogitat malum. Si charitas cogitaret malum,
malum de charitate cogitari possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

irascens est sustinebit damnum: & cum vapuerit, illud apponet. Quod sic declarat Ecclesiasticus: Iracundia amposcit illius, subversio illius est; usque in tempus sustinebit patiens, & postea reddidit in iocunditatis. Denique rem concludit quod idem ait. Homo iracundus incendit liem: si sufflaveris in scintillam quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur: Quasi diceret, quid faceres si quis forte scintillam ignis in vestem tuam iniecisset: an velles illam in sufflando magis inflammare?

an potius supra expuendo extinguere? Hoc ipsum de ira seu de causa iræ cogita: si illatae injuriæ irasceris, in scintillam ignis insufflas: si verò iram comprimis, tu in scintillam expuis, & extinguis. Nonne hoc fatius? nonne hoc consultius? Nonne hoc statues in Domino, atque aliis procurabis?

Vide passim ubi de ira vel de mansuetudine: præsertim in Quadragesima, cum de Christo patiente ageretur.

FERIA QUARTA. APPARET CHRISTUS SEPTEM Discipulis de nocte piscantibus: Ubi & apparet Charitas quæ non cogitat malum.

Mane autem facta, stetit Iesus in littore. Ioan: 21.

VERITAS PRACTICA.

Si Charitas cogitaret malum: malum de Charitate cogitari posset.

RATIO EST, Quia malum de Charitate cogitari posset, si Charitas Charitati pugnantiæ faceret.

Sed si Charitas cogitaret malum, secum pugnaret seu pugnantiæ Charitati faceret.

Ergo si Charitas cogitaret malum: malum de Charitate cogitari posset. Quod cum omnino nefas sit, nefas est & cogitare malum de aliis.

I. PUNCTUM.

HISTORIA rei gestæ quæ fuit à sancto Joanne refertur, videri potest. Summa hæc est: Septem Discipuli Petro duce cum de nocte piscando, nihil prendidissent: stetit Iesus sursum mane in littore, tum primum quidem illis incognitus, tuasque ad dextram navigii, mitti re: quo factò ceperunt multitudinem piscium copiosam. Agnovit illic Joannes Dominum, dixitque Petro, Dominus est: ac Petrus statim cæterisque ad eum convenerunt.

Quæ & alia postquam menti subjeceris & tantisper revolveris, adverte quod licet in hac piscatione non peccarint Discipuli cum ut

ait sanctus Gregorius, negotium quod ante conversionem sine peccato exitit, hoc etiam post in Evangelio conversionem repetere culpa non fuit; ac proinde Christus Dominus non potuerit cogitare malum de illis, cum revera nullum esset: Judæi tamen, aut alii si vidissent Apostolos sic una simul piscantes, forte suspicari potuissent illos repetisse sæculum aut secularia negotia quæ videbantur abjecisse. Nonne illi ipsi sunt, qui relictis omnibus secuti sunt Dominum? quid ergo resumunt quod reliquerunt? Quod eò vel maxime in deteriorem partem sumi poterat, cum diu multumque laborantes nihil magis ceperint, quam dum primò ante conversionem dixerunt, per totam noctem laborantes, nihil capimus. Nam si bene agunt, cur non illis adest Christus? Aut si non adest, cur non liceat saltem cogitare & suspicari minus forte prudenter & consultò ab illis agi?

Hæc humanas cogitationes cum suscipere possent homines, hoc saltem videbat Christus sic posse ab hominibus de hac discipulorum piscatione malè cogitari, sicque illis poterat quod alias dicere, Non scandalizemus eos. At verò Christi charitas, charitas est quæ nec cogitat, nec cuiquam imputat malum: non modo nec ipse Christus cogitat malum: sed nec ab aliis vel tantillum cogitari significat. Contemplete attentius hanc singularem eius chari-

II. PUNCTUM.

Charitatem, percipis omnibus circumstantiis; vide ut amancer subvenit laborantibus; ut suaviter cum illis loquitur; ut amice moneat qua parte navigii mittant rete, felicius piscaturi: ut providet prunas & panem; ut denique familiariter cum illis prandet & conversatur; *Afferre, inquit, de piscibus quos prandidistis nunc: venite, prandete.* O charitatem longe remotam a cogitando malo!

Hanc ut imiteris diligentius, proponitur veritas expendenda, qua id ita charitati necessarium esse asseritur, ut charitas desineret esse charitas si malum cogitaret. Nam quod dicitur si charitas cogitaret malum: malum de charitate cogitari posset, hoc ipsum est dicere, charitas non esset charitas: cum si malum de charitate cogitari posset, jam mala esset charitas, ac proinde nulla esset, cum malam esse charitatem non minus repugnet, quam bonum esse malum. Quomodo vero de charitate malum cogitari posset, si charitas malum cogitaret, ex eo evidenter probatur, quod tunc sibi repugnantia faceret: Quis autem dubitet quod sit, quæ charitati repugnant, charitas faceret, si secum ipsa pugnaret, si se destrueret aut læderet, quis non videt quod mala esset charitas, & quod malum de ea cogitari posset? Cur enim invidia, curia, dissensiones, lætæ, scandala, odia, & similes animi motus sunt mali & veriti, nisi quia charitati repugnant, eharitatem destrunt & pessundant? *si propter cibum fratrem tuum contristatur, iam non secundum charitatem ambulat,* inquit Apostolus; quo uno dicto satis sibi visus est demonstrasse, quod malum esset sic contristare fratrem. Nonne & tibi idem videtur? Nonne oppositum bono, malum est: & oppositum optimo, pessimum? Nonne hoc jam a sapiente audivisti, *contra malum, bonum, contra mortem vitam?* Et sic reciprocè contra bonum, malum: & contra vitam, mortem? quasi diceretur, quod est contra malum, illud est bonum; & quod est contra bonum, illud est malum. Sic expressè Dominus contra eos qui charitatem læserant: *Matt. 12. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum, si quidem ex fructu arbor cognoscitur.* Id est, aut charitas bonum ager & erit vera charitas: aut si bono pugnantia & opposita quædã agat, non erit bona, nõ erit vera charitas; *Nec enim potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala fructus bonos facere.*

SED si Charitas cogitaret malum, secum pugnantia faceret & se quodammodo destrueret.

Quando scilicet cogitatio ita esset voluntaria & diuturna, ut iudicium ferretur de malo alterius, nec aliter de persona nisi ut mala temerè cogitaretur; tunc planè non minus id opponeretur Charitati, quàm si proximū læderet, cum tale iudicium, talisve cogitatio nõ possit subsistere sine aliqua proximi læsione & offensa. Sicut enim fieri potest ut revera malum, de quo cogitatur, insit in proximo: sic etiam fieri potest ut non revera sit; atque in illa incertitudine, nõ potest non ei fieri injuria si in deteriore partè trahas, quod posset accipi in meliorem & suaviorem. Nam si accidat ut sæpe fit, quod falsò iudices, nonne est injuria manifesta? Et cum id sæpius accidere possit, ut falsò quam verè iudices; nonne vel quando etiam verum iudicares, non desineres tamen ab inferenda aliqua injuria, quia cum possis falli & errare in iudicio ac cogitatione tua, tu te ipsum tamen mavis in periculum illud injicere, cum præiudicio veritatis & Charitatis, quàm salva Charitate & iustitia, te continere?

Sic aptè divus Hieronymus: *In hoc errore Contra laud iudicii qua potest esse certa sententia? Quod & ci serm. Cassianus fusè prosequitur in institutionibus nos, & Emonasticis. Quod etiam confirmatur ex naturalis lege Charitatis, qua quidquid volumus Cassil. 5. ab aliis nobis fieri, hoc illis præstemus; & c. 10. quod nolumus fieri, neq; hoc illis faciamus. At certum est, quod nollemus sic iudicari, & vellemus nobiscum mitius agi; unde egregiè S. Augustinus: Maxima pars generis humani, indiscreto iudicio ad reprehendendum de Temp. prompta & parata esse probatur, cum tamen Et in Ps. non ita velit ab aliis iudicari, quomodo vult alios 147. iudicare.*

Atque hinc toties & tam graviter in Scripturis vetamur omnino iudicare de aliis: *Nolite iudicare ut non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini. PROPTER quod in Rom. 2. excusabilis es, o homo omnis qui iudicas. Tu quis Ibid. 14. es qui iudicas alienum servum? Domino suo stat Ibid. aut cadit. Tu, quid iudicas fratrem tuum aut quid spernis fratrem tuum? omnes stabimus ante tribunal Christi. Vnusquisque nostrum, rationem pro se reddet Deo, non ergo amplius in vi-*

162.4. *cem iudicemus. Qui iudicas fratrem suum detrahit legi & iudicas legem: si autem iudicas legem, non es factor legis sed iudex. Unus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum?*

Quisquis es, quæso te, cur Scriptura id tam vehementer caveat, nisi sit certum periculum in illis incertis ferendis iudiciis? Quodnam autem periculum nisi violanda Charitatis? Unde si Charitas cogitat malum, nonne in hoc se periculum inijcit, nonne secum pugnantia facit, nonne se destruit?

Adde, cum Charitatis sit excusare delinquentem, quibus modis excusari potest, multi sunt autem modi, multæque viæ, quibus qui iudicantur, excusentur: quomodo Charitas non secum pugnet si iudicet potius quam excuset? Sic præclare sanctus Bernardus: *Etiam si perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum: magis autem excusa. Excusa inentionem si opus non potes; puta ignorantiam, puta subreptionem; puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse sibi & dicit apud temetipsum, vehementer fuit nimis tentatio: quid de me illa fecisset, si in me accepisset similitur potestatem?*

Denique cum sint libera hominum cogitationes, ac proinde cum Charitas in hominem tam possit continere cogitationem mali de aliquo, quam movere: quare non eam retineat, si sit vera Charitas? aut quomodo vera esse possit Charitas si non eam retineat? Nonne id magis proprium & connaturale est Charitati, ut id omne, quod proximum tanisper lædat, averteretur & avertat, quantum quidem averti potest? Sic rursum sanctus Bernardus, ubi post multa de cohibendis iudiciis & cogitationibus à manifestis etiam aliorum delictis, sic concludit: *Memento quia Charitas operit multitudinem peccatorum; applicans illud sancti Petri in hunc sensum, ut operire multitudinem peccatorum sit, quasi non videre, non cogitare; quantumcumque multa & manifesta sunt, tamen ingeniosa Charitas ita scit illa operire, ut quasi non sint, quasi non videat, omnino non cogitet. Quod cum ita sit proprium Charitati ut nemo dubitet; quis dubitare possit, si è contra Charitas intueatur peccatum & cogitet malum proximi, quod secum ipsa pugnet, se seque destruat?*

Serm. 12. in Cant.

1. Pet. 4.

Memento quia Charitas operit multitudinem peccatorum; applicans illud sancti Petri in hunc sensum, ut operire multitudinem peccatorum sit, quasi non videre, non cogitare; quantumcumque multa & manifesta sunt, tamen ingeniosa Charitas ita scit illa operire, ut quasi non sint, quasi non videat, omnino non cogitet. Quod cum ita sit proprium Charitati ut nemo dubitet; quis dubitare possit, si è contra Charitas intueatur peccatum & cogitet malum proximi, quod secum ipsa pugnet, se seque destruat?

III. PUNCTUM.

Sergo Charitas cogitaret malum: malum de Charitate cogitari potest: Cum cogitari posset aliquid contrarium ipsi Charitati, quod non est nisi malum. Quod cum omnino fieri non possit, duo hæc sequantur necesse est, aut quod vera Charitas non cogitet malum; aut si quis cogitet malum, non sit in vera Charitate, sed falsa & simulata, qualis est tua sapius, quæ sub prætextu caritæ & sollicitudinis de aliorum salute & profectu, nimis te angis & torques, si quid videlicet, quod non placet in proximo videas, tum statim offenditur animus, exacerbatur, commoveatur, suspicatur, plura quam videat, atque illud etiam quod videt exaggerat. Incertum pro certo habet & apprensus pro vero credit; dumque sic mente veritas aliena facta, putabis esse zelum; putabis esse Charitatem! ò mendaces in stateris Ps. 61. homines. Non sic non sic Charitas cogitat malum; aut si sic cogitat malum: malum hoc de illa verius cogitari potest, quod non sit Charitas sed zelus ille amarus & contentiosus, qui à Scriptura reprobatur, & qui tã alienus est à vera Charitate, quam vitium à virtute. Recte omnino Sapiens: *multos supplantavit suspicio illorum; & in vanitate detinuit sensus illorum. Ubi illud in vanitate, non tantum significat superbiam aut complacentiam suam, sed inanitem & falsitatem rei, quasi diceret, frustra suspicantur & commoveantur; nihil eorum est quod cogitant; aut non tam grave est quam putant: suo ipsi sensu detineatur in suspitione & cogitatione mali, non certo & solido iudicio. Interim verò patitur justus quando sic malè & falsò iudicatur.*

Cave hanc in cogitando de aliis vanitatem & injustitiam. *Ad te ipsum oculos respice, inquit pius auctor, & aliorum factis carneas iudicari: in iudicando alios homo frustra laborat; sapienter & leviter peccat, seipsum vero iudicando & locutendo, semper fructuosè laborat. Sicut res nobis cordi est, sic de ea frequenter iudicamus, nam verum iudicium propter privatum amorem facilius perdimus.*

Hoc ipsum graviter sanctus Ambrosius: *Cum unusquisque sit suorum conscius peccatorum, quomodo potest de alterius iudicare peccato? Hom. 20. Iudices de alterius errore qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui ad pronuntian-*

dam

diu, nullo odio, nulla offensione, nulla levitate
dicatur. An tu hoc de te iudicare præsumes,
quod nulla in iudicando de aliis levitate du-

caris, nihilque habeas quod in teipso con-
demnes?
Vide in 3. parte, Feria 2. hebdomadæ 14.

FERIA QUINTA.

CHRISTVS DOMINVS PETRO SVAS

*Pascendas oves concredit; simulque demonstrat
Charitatem, quæ non gaudet super iniquitate.*

Pasce agnos meos, pasce oves meas: Ioan. 21.

VERITAS PRACTICA.

Gaudere super iniquitate; plerumque est ini-
quius quam ipsam iniquitatem admittere.

RATIO EST, Quia quo magis voluntarium est
maius, eo est maius seu iniquius.

Atqui gaudere super iniquitate plerumque ma-
gis est voluntarium, quam ipsam iniquitatem
admittere.

Ergo & est iniquius.

I. PUNCTUM.

CVM prandissent, inquit sanctus Ioannes
Evangelista, dicit Simoni Petro Iesus, Si-
mon Ioannis diligis me plus his; dicit ei
etiam Domine, tu scis quia amo te; Dicit ei, pasce
agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis, dili-
gis me? At ille, etiam Domine tu scis, quia amo
te; Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon
Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quis
dixit ei tertio, amas me; & dixit ei, Domine tu
nostis omnia, tu scis quia amo te; Dixit ei, pasce
oves meas.

Expende hic primò quàm præcipuè fun-
data sit Ecclesia & Religio christiana in cog-
nitione & amore Domini nostri Iesu Christi.
Quando enim Dominus promittit claves regni
cælorum Petro, hanc exegit ab eo fidei cõ-
fessionem, Tu es Christus filius Dei vivi; Nunc
verò cum ei tradit quod promittit, amorem
sui postulat; & negatione trina trina confessio
redditur, ne minus amori lingua serviat quam
simoni; ut ait S. Aug. uftions.

Deinde considera, quod si Petrus ostendit

se amare Christum Dominum, acceptando
curam ovium Christi, quantò magis ipse Do-
minus Petrum & oves suas diligere significa-
vit, quando pastori providit omnia, quæ ad
pascendas & servandas oves essent opportu-
na? Cumque in primis potestas remittendi
peccata fuerit necessaria, cogita quam am-
plam & integram primò quidem ipsi Petro
tradiderit, dicens ei, quodcumque ligaveris super
terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque
solveris super terram, erit solutum & in cælis;
Tum verò reliquis simul Apostolis: Accipite
spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata,
remittuntur eis.

Tertio quod hic maximè est proprium; ex-
pende, quàm verè de hac Christi Domini
Charitate dici possit, quod non gaudeat super
iniquitate. Cum enim tum iniquitas maxima
in mundo abundaret, & meritis à divina ju-
sticia provocaret pœnas, en potius divina cle-
mentia veniam, remissionem, relaxationem,
& omnium peccatorum condonationem lo-
quitur, & prædicat, sicut ante ex Propheta
Christus ipse Dominus declararat: Evangelii-
zarø pauperibus misit me, sanare contritos corde,
prædicare captivis remissionem; & cæcis visum,
dimittere contractos in remissionem, prædicare
annum Domini acceptum & diem retributionis.

Hæc est verè Charitas quæ non gaudet su-
per iniquitate; cum ei potius condolet &
commisereatur, & remedium afferat. Huic
Charitati debes salutem tuam, cum ei debeas
peccatorum tuorum remissionem sine qua
nulla est salus.

Et verò hanc ut imiteris, caveasque dili-
genter ne aliquando gaudeas super iniquita-
te, attende ex Veritate proposita, quàm illud
Pp 3 iniquitas